



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

III. De Rescriptis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

sedis Apostolicæ. *c. cum accessissent* §. No-
ta primo, constitutiones dare formam futuris
tantum negotiis, nisi nominatim etiam de
præteritis caveant. *c. 2. & ult.* quod etiam in
constitutionibus civilibus obtinet. *C. de le-
gib. lib. 7.* §. Nota secundo, constitutio-
nes seculares ecclesiasticis cedere *dist. 10. §. 5*
Nota tertio, omnes esse constitutionibus ec-
clesiasticis subjectos. *c. 1. & 5.*

III. De Rescriptis.

Rescripta vero sunt personalia, & inter eas
tantum personas vim constitutionis obti-
nent, inter quas conceduntur. *Inf. de con-
cess. præben. c. constitutus* 11. Rescriptum
namque nihil aliud est, quam literæ. *c. 1. &*
passim. a summo pontifice. *c. 2. & passim* vel
ab Imperatore *C. de precib. Imp. offer. l. 2. &*
si contra jus vel util. public. l. 1. cum simil. vel
a vicario Pontificis. *Inf. de offic. vic. c. pen. si-
ve motu proprio. Inf. de præben. lib. 6. cap. si
motu. 23. & c. seq.* five aliquo suggerente (hæc
suggestio vocatur intimatio. *c. 2.* vel insinua-
tio. *Inf. de procur. c. 3.* vel relatio *Inf. eod. c.
4. vers. nos vero*) & aut conquirente. *Inf.
eod. c. 2. & 4.* & supplicante. *Inf. de eo qui
cogn. consan. ux. c. ult.* aut consulente *Inf. de
offic. judic. delegat. c. consuluit. 24. & ij. q. 4. c.
consulisti* 21. emissæ, ut inter personas, inter
quas conceduntur, & in iis negotiis seu rebus
super quibus emittuntur, vim constitutionis
habe-

habeant. *c. cum dilecta. 22. & Inf. de iure*
 2 *præben. d. constitutus. §.* Ex dictis patet rescripta differre a decretalibus epistolis: quia decretales epistolæ sunt generales constitutions. *dist. 19. §.* Rescripta dividuntur I. In Apostolica, Imperialia, & Episcopalia, ut ex definitione manifestum est. II. In generalia specialia *c. i. c. pastoralis. 14. §. quoniam. 15. des 15.* III. In monitoria, præceptorioria & executoria *capitulum. 30. c. ex insinuatione. 37. cap. literis. 39.* Præceptoriorum appellatio etiam inhibitoria rescripta comprehendit. Nam qui aliquid inhibet, certe præcipit ne id fiat & inhibito seu prohibito nihil aliud est quam præceptum negativum. Unde inter iuris præcepta non solum ponitur honeste vivere, de iure cuique tribuere, sed etiam alterum maledere. Jam vero inter monitoria & præceptorioria Doctores distinguunt: quia monitoria communiter concedi solent absque causa cognitione, & cum illa clausula, *si senseris gravatum*: præceptorioria vero causam cognitionem requirunt, nec solet dicta clausula illis apponi. *Sup. 1. in l. quoties. C. de filiis com. art. in l. filiusfamil. §. Divit. in fi. & Inf. in 1. lect. num. 115. & in 2. lect. num. 175. D. delegat. Inf. Mandos. in tracta. de iur. nit. quest. 2.* Præterea gloss. in *d. c. ex insinuatione* hunc Romanæ curiæ mortem notari primo mittantur literæ monitoria, deinde

receptoriam, tandem executoriam sed Joh. And.
 notat hunc ordinem hodie non servari, nisi
 quandoque super receptione monialium. Addi
 potest quartum membrum, id est rescri-
 pta permissoria, ex c. 4. *Inf. lib. 6.* ubi in sum-
 mario vocantur literæ facultatis. IV. In jure
 communi consentanea, veluti ut liceat ap-
 pellare: & aliena a jure communi, veluti
 ut liceat appellare. c. 1. Illa vocantur literæ ju-
 ratis, hæc appellantur literæ gratiæ in sum-
 mario. *cap. postulasti. 27. §.* Nota primo, re-
 scripta impetrari posse tam ab actore, quam
 a reo. c. 3. c. *cum coniugat. 24. cum sim.*
 Rescriptum ab excommunicato impetra-
 tum, ipso jure non valet, nisi super excom-
 municationis vel appellationis articulo
 impetratum sit. *Inf. lib. 6. c. 1. §.* Nota se-
 cundo, propter vitium in verbis admissum
 contra regulas linguæ Latinæ, rescriptum red-
 dit suspectum & inutile. c. *ad audientiam. 11.*
 Nota tertio, rescripta impetrata per subre-
 ptionem, id est, expressa falsitate, vel per
 corruptionem, id est tacita veritate, non va-
 lent. *Inf. de si. instrum. c. 7.* nisi is, qui impe-
 travit, dolo careat, & idem impetrasset, si fal-
 sum tacuisset, aut verum dixisset. c. *super lite-
 ras. 20. §.* Nota quarto, si in rescripto non
 sit inserta clausula, si preces veritate nitantur,
 jure civili rescriptum non valet. *C. d. divers.
 rescript. l. ult.* quæ canonizata est *xxv. q. 2. c.
 domini. 16. §.* Imperator Zeno, contrarium ta-
 men

men statuitur. *Inf. c. 2.* ubi hæc clausula sub-
 8 auditur, & ita rescriptum sustinetur. §. Nota
 quinto, leges, quibus cavetur ut rescripta con-
 tra jus, nisi impetranti profint, & non
 obfint, vel contra publicam utilitatem
 valeant, esse canonizatas *xvj. quasi. 4. ubi
 habemus §. rescripta. & xxv. q. 1. c. ult. §. ubi
 vero. §. item consuetudo & q. 2. c. nec dicitur
 14. c. rescripta. 15. c. dicenti 16. in pr. & §. impetrans*
 9 *10 Anastasius.* §. Nota sexto, si directum
 scripta a partibus proferantur, si quidem
 posteriore fiat prioris mentio, posterior
 valere, sin minus, standum priori rescripto
*c. 3. nisi is, qui prius rescriptum impetra-
 6. si autem 12. plerumque 23.* aut alterum
 scriptum sit generale, alterum speciale, quia
 distincte speciale prævalet. *c. 1. & c. postremo*
 10 *14. §. quoniam.* §. Nota septimo, rescripta
 quibus beneficia conferuntur, latissimam
 accipere interpretationem. *Inf. de verb. sig-
 c. olim. 16.* alia regulariter anguste accipiuntur
 contra impetrantem. *Hofstiens. Inf. de officio
 lega. §. quib. modis ejus jurisd. prorogatur
 quamvis enim fatear.* quia multi rescripta
 impetrantes abutuntur gratia sedis Apostolicæ
c. sedes. 15. c. nulli. 28. & c. ult. contra
 tem quædam clausulæ, quarum interpretatio
 ex Decretalibus constitutionibus manifestata
 est, & inde peti debent. *c. 4. c. scilicet*

c. pastoralis. 14. §. quoniam. c. sedes. 15. ea. causam. 18. c. postulasti 27. c. mandatum 38. c. literis. 39. c. abbatem. 40. c. ab excommunicato. 41. & Inf. lib. 6. c. quavis. 8. c. si propter. 10. & Inf. Clemen. ult. §. Nota octavo, cum, qui malitiose utitur rescripto, ejus beneficio privari, & in expensas atque id quod interest adversario condemnari. c. ultim. §. 12

Nota nono, ea quæ contra formam rescripti sunt, infirmari. c. cum dilecta. 22. vers. didum.

IV. De consuetudine.

Hactenus de jure scripto: jus autem non scriptum est consuetudo, qua *D. de legib. & c. qua sit longa consuet.* Absoluta est hujus libri secunda pars, quæ est de jure: sequitur tertia de clericis & prælatis ordinandis, eorumque officiis.

V. De postulatione prælatorum.

Quia modo per postulationem, modo per electionem episcopi ac ceteri prælati promoventur. *c. 3. in fin. c. 4. §. ceterum. & inf. l. prox. c. innotuit. 20. & c. scriptum 40.* initio de his duobus promovendi modis dicendum videtur. §. Postulatio est concursus capituli petitio, ut is promoveatur sive adsumatur, qui non propter animi vel corporis vitium, sed ob alium defectum eligi nequit, propter quem non est inhabilis ad prospiciendum ecclesiæ, veluti quia est minor triginta annis, aut laicus.